Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Co[n]te[n]ta hoc libello Modus confitendi

Andreas <de Escobar>

Argentine, 1507

De septem sacramentis ecclesie

urn:nbn:de:bsz:31-114204

Visual Library

Item opera spiritualia ad que tenebar nō adimpleui. Nam igno/
rātes que sunt salutis aīe nō docui. Destituto em̄ hūano auxilio
et peccatori consiliū nō dedi. Errantē ⁊ peccatorē nō castigaui nec
correxi. Tristē et dissolutū nō confortaui. nec mihi irascētib⁹ ⁊ ma/
lefaciētib⁹ nō peperci. Iniurias et cōtumelias mihi illatas patien
ter nō sustinui. ꝑ saluatiōe animarū amicoꝝ et inimicoꝝ deū non
exoraui. ⁊ mercedē laboꝝ mihi seruiētib⁹ nō prebui. Qualitercūq;
ego opera misericordie nō impleui. dico meā culpam et reddo me
culpabilem deo et vobis

De duodecim articulis fidei

¶ Septimo peccaui. quia duodecim articulos fidei firmiter
nō credidi. nec corde ⁊ ore ad eos iusticiā cōfessus fui. imo aliquā/
do circa ipsos ⁊ circa sacramēta altaris dubitaui ⁊ fidē verā et iu
stam cū bonis operib⁹ sicut bonus et fidelis chr̄ianus non habui.
nec contra fideles et hereticos. fidē meā om̄ino defendi et p̄dicaui
imo errantes arguentes contra fidem libenter audiui

De septem sacramentis ecclesie

¶ Octauo peccaui. quia septem sacramneta ecclesie vt bonus
christianus preterij et neglexi Primo q̄ sum baptisatus. et diabu/
lo et pompis eius vt promisi in baptismo renūciaui. Sum confir
matus et fidem christi ac veritatē ꝓpter timorez mūdi loqui ⁊ p̄di/
care erubui et neglexi. atq; ordinē matrimonij nō honoraui nec cu
stodiui Ordines ecclesiasticos indigne recepi. ⁊ in peccato indigne
eos exercui. Penitētiā pro meis pctis. et ieiunia oratiōes et elemo/
sinas mihi iniūctas non feci. Oris confessionē et corporis chr̄i cō
munionē facere et recipere neglexi. Qualitercunq; ego in sacramē
tis peccaui. dico meā culpam

De septē virtutib⁹ theologicalib⁹.

¶ Nono peccaui. quia septem virtutes theologicales seruare
neglexi. In me nō est vera christi fides cū bonis operib⁹. In me nō
est certa spes de futuris bonis celestibus. In me non est charitas
qua super omnia diligatur deus atq; vt meipsum et meū proximū
non dilexi. In me nō est prudētia. quia actus meos. quid quomō
et quādo debuissem agere nō feci. et iuxta voluptatis desideria ac/
tus meos inconsulte peregi. In me non est fortitudo. quia passio/
nes interiores et exteriores viriliter pro christo non subiugaui
Turpia et verecundia agere non metui